

gilantem; utiq; enim super omnia bona sua illum constituet. Quis autem vigilat, nisi ille qui se à mundo & amatoribus illi⁹ seduci non patitur? Illum ergo istosq; fugiamus, certi scandala ramos esse inutiles quib⁹ silvescēs etiā bona arbor, perit & virere florereq; prohibetur.

CAPUT XXIII.

EUM QUI IN CHRISTO CRESCERE & proficere velit, debere fugere amicitias mundanas.

Pfal. 84. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atrio Domini. Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

Fugienda est tibi frequentior cum hominib⁹ mundanis familiaritas; quia sicut comodius nobis nuspiā est quam cum domi sumus: ita melius nunquam cum anima agitur, quam ubi in domo sua, hoc est, in Deo quiescit; cujus effluxus cum sit, in eundem ipsam redire est necesse, siquidem tranquillitas esse desiderat. Omnium enim creaturarum hęc est conditio, ut idem illis ortus & quietis locus sit; piscibus mare,

mare,